Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

magne et cataractæ celi aptæ sunt.
et facta est pluuia super terram quadraginta diebus et quadraginta
noctibus. In articulo diei illius
ingressus est noe sem cham et ia
phet. filij eius et uxor eius. et
uxores filiorum eius cum eis in
archam. ipsi et omne animal secun
dum genus suum. uniuersaq;
uiuentia in genus suum: et om
ne quod mouetur super terram in
genere suo. cunctumq; uola
tile secundum genus suum. pos
tea archa ferebatur super aquas.
et aque preualuerunt nimis
super terram. operti sunt omnes
montes excelsi sub uniuer
so celo. quindecim cubitis al
tior fuit aquis super montes quos
operuerat. Consumptaq; est
omnis caro quæ mouebatur super
terram. uolucrum animantium et
bestiarum. omnisq; reptilium
quæ reptant super terram. Remansit autem noe solus. et qui cum
eo erant in archa. obtinuerunt
aque terras centum quinqua
ginta diebus. Recordatus autem
dominus noe. cunctorumq; animan
tium. et omniumq; uiuentium
quæ erant cum eo in archa adduxit
spiritum super terram. et imminu
te sunt aque. et clausi sunt
fontes abyssi et cataractæ.
Et prohibite sunt pluuie de
celo. et reuersæ sunt aque de terra
euntes et recedentes. Cumq;
transissent quadraginta dies.
aperiens noe fenestram arche.
dimisit corum qui egredebatur
et non reuertebatur donec siccaretur
aque super terram. Emisitq;
columbam post eum. ut uideret
si iam cessassent aque. Que
cum non inuenisset ubi requiescere
pes eius reuersa est ad eum in archam
aque enim erant super uniuersa
terram. Extendit q; manum et ap
prehensam intulit in archam.
Expectans autem ultra septem die
bus alios. rursum dimisit co
lumbam ex archa. At illa ue
nit ad eum ad uespam portans
ramum oliue uirentibus foliis
in ore suo. Intellexit ergo noe
quod cessassent aque super terram.
locutus est autem dominus ad noe dicens.
Egredere de archa tu et uxor tua.
filij tui et uxores filiorum tuorum.
Et cuncta animantia quæ sunt apud
te ex omni carne tam in uolati
libus quam in bestijs. et uniuersis
reptilibus quæ reptant super terram
educentur. et egredimini super
terram. Crescite et multiplicamini
super terram. Egressus est ergo
noe et filij eius. uxor eius et
uxores filiorum eius cum eo.
Sed et omnia animantia et rep
tilia que reptant super terram
secundum genus suum. de archa
egressa sunt. Edificauit autem
noe altare domino et tollens de
cunctis pecoribus et uolucribus
mundis obtulit ergo holo
caustum super altare. Odorat
est dominus odorem suauitatis.
Dixitq; dominus cor mutabilis Oro.